



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CXXII. Bischof Heinrich von Lebus bestätigt einem Altar in der Marienkirche zu Frankfurt die von dem Markgrafen Ludwig dem Römer am 15. April 1355 vereinigten Zollhebungen, am 7. Dezember 1357.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

CXXII. Bischof Heinrich von Sebus bestätigt einem Altar in der Marienkirche zu Frankfurt die von dem Markgrafen Ludwig dem Römer am 15. April 1355 verzeichneten Zollhebungen, am 7. Dezember 1357.

Vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum visuris uel auditoris Henricus, dei gracia Episcopus Lubucensis, Salutem in domino sempiternam. Ad geste rei efficaciam et memoriam necessaria est eius descriptio, ne vetustate temporum aut malitia hominum violari aut negari valeant, que maturo priorum consilio prodierunt in effectum. Noscant igitur tam presentis quam futuri temporis successores, Nos Magnifici principis domini nostri domini Ludowici, Marchionis Brandenburgensis litteras sanas et integras eiusque sigillo sigillatas recepisse huiusmodi sub tenore. In nomine domini Amen. Ne ea, que geruntur in tempore, simul cum tempore elabantur, necesse est ipsa scripturarum memoria autentice et fidei proborum virorum testimonio perhennari. Nos igitur Ludwicus Romanus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et Lusacie, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes palatinus Rheni et Bauarie dux, Ad vniuersorum tam presentium quam futurorum noticiam volumus deuenire, Quod ob honorem et reuerenciam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis Marie et omnium Sanctorum, necnon ob iugem et perhennem Magnificorum principum Marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum clare memorie, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam, Ad instantem requisicionem et requisitam sepius instanciam et petitionem discretorum virorum Wilhelmi de Murow et hermanni hakeman et Gertrudis ipsius hermanni vxoris, ciuium in Vrankenuord, fidelium nostrorum dilectorum, dedimus, damus et sollempni donacione donamus libere proprietatem duodecim talentorum brandenburgensium denariorum cum pleno Jure sitorum in Theolonio opidi nostri Vrankenuord Lubucensis diocesis in festo beate Walpurgis virginis singulis annis soluendorum altari sanctorum apostolorum omnium de nouo fundando et locando in loco parrochialis ecclesie sancte Marie virginis ibidem in Vrankenuord, In quo quondam fidelium nostrorum dicti Wilhelmi et hermanni et Gertrudis vxoris hermanni, vt prefertur, necnon predecessorum et successorum in consanguinitate et affinitate eorundem iunctorum viuorum et defunctorum haberi debebit memoria sempiterna, Renunciantes insuper simpliciter, libere et liberaliter, quoad dictorum duodecim talentorum proprietatem et libertatem, omni Juri, iurisdictioni, dominio, Impeticioni, exactioni, seruicio, fructui, comodo et vtilitati, nullo nobis in ipsis duodecim talentis penitus retento, quocunque censeantur vocabulo aut nominentur, qui et que nobis, nostris heredibus et successoribus nostris Marchionibus Brandenburgensibus in ipsis premissis redditibus hactenus competeabant aut competere possent aliquo modo in futurum. Recognoscimus eciam per presentes, quod dicti viri Wilhelmus et hermannus et Gertrudis vxor hermanni predicti, interim quod vixerint, et postmodum ipsorum veri heredes legitime ab eis descendentes debent, poterunt, habent et habebunt perpetuis temporibus, quocienscunque oportunum fuerit, ad sepedictum altare personam ydoneam presentare. In cuius rei euidentiam sigillum nostrum presentibus est appensum, Presentibus strennuis viris frederico de lochen, laurencio de Grifenberch, nostro Marschalco, petro et Coppekino de Bredow, militibus, Alhardo Ror, Ottone Morner, henningo de Marwitz et Theoderico, preposito Bernowenfi, Prothonotario nostro, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum in Noua Ciuitate nostra Euerfswald, Anno domini M^o CCC^o L^o quinto, feria quarta post dominicam, qua cantatur quasimodogeniti.

Nos igitur henricus Episcopus antedictus, qui non solum piis operibus assentire, ymmo etiam ex debito pastoralis officii ad bonorum operum exercitium singulos Christi fideles excitare tenemur et salubribus monitis inuitare, donacionem et renunciacionem dicti domini nostri Marchionis superius expressatas ac pium affectum Wilhelmi Murow et hermanni hakeman necnon Gertrudis ipsius hermanni vxoris predictorum efficaciam habere volentes, plenum nostre voluntatis assensum prebentes, fundacionem, constructionem, dotacionem et locacionem predicti altaris omnino ratas et gratas habentes, eas ratificauimus et ratificamus ac confirmauimus necnon presentis scripti munimine confirmamus, ea tamen adiecta condicione, quod de memoratis redditibus duodecim talentorum vnum talentum annuorum reddituum apud patronum prefati altaris, qui est aut pro tempore fuerit, permaneat pro ornamentis ipsius altaris annis singulis emendandis. Nolumus etiam plebano seu Rectori ecclesie parrochialis supradicte per fundacionem seu constructionem sepedicti altaris aliquod preiudicium generari. In cuius ratificacionis seu confirmacionis euidentiam pleniorum presentes scribi et nostri sigilli appensione iussimus roborari. Actum et datum Vrankenuord in crastino beati Nicolai confessoris. Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo septimo.

Nach dem Orig. des Stadtarchives III, 1b.

CXXIII. Markgraf Ludwig der Römer entscheidet einen Streit zwischen Frankfurt und Straußberg über eine von ersterer in letzterer Stadt vollstreckte Pfändung, am 27. September 1359.

Wy Ludowich der Romer, van gots gnade Marcgraue tu Brandenborch vnd tu Lufitz, des hiligen Romechen Riks ouerste kemerer, Palantzgraue bi Rin vnd Hertoge tu Beyern vnd Henrik, van gots gnaden Byfshop tu Lubus, Bekennen openbar, dat de Erhaftigen Lude de Ratmanne van Vrankenuorde vnd van Strutzberch alle sake twidracht vnd vplote, de sin tuschen en gewesin wante an dessen dach an beiden siden, vmme dat die Vrankenuorde iepandet hadden vmme plege van Strutzberch, di wi vorbenumede Ludowich en gelaten vnd gefettet hebben tu bescheiden, komen is vntfcheidende mit minne oder mit rechte, des si vns an beyden siden van erre vnd erre borger wegen vulle macht gegeuen hebben, vnd darvmme so hebbe wi gehort de sake vnd twidracht vnd hebben se vntfcheiden vnd vntrichtet, dat si vrünt vnder eyinander sin sealen vnd de Ratmanne von Strutzberch scolen ledich vnd loes sin der festich mark suluers, dar se de van vrankenuorde vmme gepandet hadden vnd dar tu Seltich mark suluers, de se dar na vorfetet hebben, vnd de vorbenumede Ratmanne vnd borger tu Strutzberch scolen ok ledich sin druttich marke suluers, de se nu tu Sunte mertens daghe, de nest kumpt, geuen scolen. Dargegen fullen de Ratmanne vnd alle borger tu vrankenuorde vri, ledich vnd loes sin alle des vehes, dat si vor Strutzberch gepandet hadden, it sin kuye, Schape, Swyn vnd Perde, dat de van Strutzberch, di nu sint borger dar vnd de tukomende sint, nicht dat vordern an de van vrankenuorde scolen engewies vnd vp se darvmme nicht saken binnen gerichte oder buten: vnd de van Strutzberch fullen gegeuen vnd betalen van erre plege den van vrankenuorde nu an den nesten sunte Wolborgen daghe twintich mark Brandenborchs